



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

34. Friderici I. Imperat. Barbarossæ Dat. Moguntiæ, Anno MCLXXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268


*Friderici I. Imperatoris Barbarossa, Datum Moguntiae,
Anno MC LXXXII.*

IN Nominē Sancte & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus diuinâ fauente Clementiâ Romanorum Imperator Augustus. Ad æterni Regni meritum, & ad temporalis Imperij incrementum apud Regem Regum nobis proficere non ambigimus, si Ecclesijs Dei possessiones suas ac Iura conseruando Imperiali Clementia salubriter prouideamus. Cuius rei consideratione vniuersa bona, quæ Prædecessor noster Henricus Secundus Imperator, Ecclesiæ S. Maximini, in suburbio Treuirorum reliquit, quando sex millia, sexcentos, quinquaginta sex Mansos nomine feodi inde alienauit, & eandem Ecclesiam ab onere expeditionum liberauit: eidem Ecclesiæ & Abbatii Conrado, suisque Successoribus Imperiali autoritate confirmamus, in his videlicet locis: Prichina, quod in pago Emriche situm est: Guntereshusen, quod in pago Drechere iacet cum suis pertinentijs, quæ ad Sagimen fratum & ad infirmorum curâ pertinent: Swabheim, Hesenesheim, Brinczenheim, Wildesten, Euernesheim, Bingin, Holtzhusn, Schringesuelt, Hultzinesheim, Buchenheim, Alsoncia, Apula, Furniucit, Simera, Mannetal, Narheim, Folmersbach, Prouesderuorth, Okesheim, Arnolfesbert, Meisbach, Rateresdorff, Ebno, Bikendorff, Liezinha. Decima vallis, Burnacha, Hanewillire, Meroldi villa, Wimari Ecclesia, Crusta, Sécranna, Luzelenkircha, Wilare, Tauena, Bessiaco, Druhdeldinga, Murmittinga: & in Ciuitate Metensi, & circum circa vineas, domos & areolas: & in pago Sallengouue, Dineriehe, Iuolecourt, Bisangaten: in pago Musolensi, Villa, quæ vocatur Lukesinga & Loauia & Riuenschach, & inter Mosellam & Suram Marchedith, & Billich & Kriske. Item Ecclesiæ ac redditus, priuilegio Prooui nostri Henrici Imperatoris Quarti præfatæ Ecclesiæ S. Maximini, confirmatos, Abbatibus & pro tempore præsidentibus nostræ authoritatis robore stabilimus: videlicet Ecclesiæ in Gozoluesheim, Albuch, Wildestein, Winheim: & duodecim talenta censuum in Apula cum Ecclesia, & Villam quandam vocabulo Folmarerbach, quæ ad vestituram fratum, & ad luminaria Monasterij cæteroisque usus pertinent. Statuimus itaque, & authoritate nostra firmissime præcipimus, ut nulli Regum, seu Imperatorum, seu Abbatum, nec cuiquam hominum licet quipiam de eisdem bonis alicui in beneficatione, vel nomine pignoris obligare: sed omnia præmemorata ad vestituram aliosque usus fratum, & ad Luminaria concinnanda, & ædificia reparanda ab illoque omni in quietudine, omni tempore permaneant. Si quis autem (quod absit) huius præcepti nostri in aliquo violator extiterit: nostram nostrorumque Successorum offenditionem incurrit, & pro pœna, sexaginta libras auri componat. Quarum una medietas Fisco; altera vero Ecclesiæ, & Abbatii iniuriam passo, perfoluatur. Et vt hæc in omne equum rata permaneant & inconuisa, præsentem paginam conscribi, & Sigilli nostri impreßione fecimus communiri. Huius rei testes sunt Philippus Colonensis Archiepiscopus, Hermannus Monasteriensis Episcopus, Ulricus Spiren. Episcopus, Conradus Abbas Fulden. Arnoldus maior præpositus in Magunt. Rudolphus Imperialis aulæ Prothonotarius, Henricus Decanus maioris Ecclesiæ in Magunt: Sifridus magister Scholarum, Hermannus Cantor, Ruckerus Ar-

chi

chipresbyter, Fridericus Dux Sueviæ, Conradus Comes Palatinus de Rheno, Gerardus Comes de Lon, Poppo de Wertheim, Comes Simon de Sarebrucke, Henricus Comes de Dietse, Henricus Marschaleus, Conradus Pincerna, Bartmannus de Budingen, Conradus de Bockesberch, Dudo Camerarius, Reibodo de Pinguia: & alij quām plures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Inuictissimi. Ego Godefridus Imperialis aulæ Cancellarius vice Christiani Magunt: Sedis Archiepiscopi & Germaniæ Archicancellarij recognoui, Aetate sunthæc Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXII, Indictione XV. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno regni eius XXXI. Imperij verò XXVIII Data Moguntiæ in solemi Curia II. Kl. Iunij.



35.

Conradi Regis Romanorum, Friderici II. Filij, Datum apud
Treuirim, Anno MCCXLII.

CONRADVS diu Augusti Imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in Regem electus semper Augustus & hæres Regni Ierusalem. Vniuersis Imperij fidelibus præsentes litteras inspecturis, gratiam suam &

Hh 2

omne